

ALMENAR 1502









Libellus Ad Euitandum Et Ex-
pellendum Morbum Galli-
cum Ut Nunq̃z Reuer-
tatur Nouiter In-
uentus ac Im
pressus.



Cum Gratia Et Priuilegio.

Tabula de omnibus contentis in hoc paruo opuſculo.

In Primo Capitulo.

In ſecundo Capitulo.

In Tertio Capitulo.

In Quarto Capitulo.

Qualiter debeat fieri cura perfecta & canonica p intentiones reqsitas absq; nocuméto in ore & absq; mora in lecto.
Qualiter possint mitigari dolores ante completam curam si infestauerint nimium.
Qualiter sanato principali ut ostenditur morbo omnes pustule & dolores sanantur.
Qualia debēt esse ad maiorē efficaciā remedia speciala ad curādū pustulas q̄ uident ut Cancer nodi siue gume fistule & alie diuersorum modorum p ordinē.

In Quinto Capitulo.

Qualis sit uia ad euitandum hunc morbum.
Qualia sint remedia pro uirga si acciderit nocumentum in ea.

In Sexto Capitulo.

Quare hic morbus incipit a uirga uel uulua secūdum plurimum. Primo.
Quare terminat p os & ibi nocumētū facit. Scdo
Quare facit fetere os fetore orribili. Tertio.
Quare aliqui coeuntes omni die cum infectis non

incurrunt hunc morbum. Quarto.
Quare argentum uiuũ iuuat plus q̃ cetere medicine quæ per exterius applicantur. Quinto.
Quare aliq̃ remedia uidentur in principio cõferre postea nõ pseuerat iuuamẽtũ cũ cõtinuant. Sexto.
Quare flebot. est timenda. Septimo.
Qualiter debẽt appellari dolores q accidũt. Octa.
Qualiter appellari debent pustule. Nono.
Quare in secunda uel tertia die unctionis dolores augentur. Decimo.
Quare argentum uiuum administrandum sit cũ sit cõtrariũ neruis & omnes uituperant & qualiter corrigatur eius nocumentum. Vndecimo.
Qualiter frequentius fiunt isti doloris in iuncturis q̃ in aliis locis Duodecimo.

In Septimo Capitulo.

Qualem ordinem debeat quis tenere in inuestigãdo egritudinem per signa.
Quæ sint signa sanguinis colere flegmatis & malencolie.
Qualis sit arbor signorum.
Omnia hæc experta sunt & approbata rationibus & auctoritatibus confirmata.

Explicit Tabula.

Libellus de morbo gallico qui ita pfecte erradicare ipsum oftēdit ut nunq̄ reuertat̃ nocumentũ in ore accidere nõ pmittens:neq; in lecto ftare cogens cũ explanatione arboris fignorꝶ editus p Ioãnẽ Alme/nar Hifpanũ artiũ & medicine doctorẽ eximium.



Am graui languentium morbo pietate cõpulfus de tanta incurã do ipfum medicorꝶ ignorãtia do lens meaq; erga te beniuolentia motus mi cariffime Luca fummi opificis auxiliũ imploro. Qua/tenus mentẽ meã in fcribendo illuftret incurando mea fequẽtibus remedia habilitatẽ preftet infirmis infanando gratiã largiat̃. Conabor ergo tibi libellũ tradere quo fanos a morbo gallico p̃cauere doceas infirmos taliter liberes ut nũq̄ morbus reuertatur: nec uti emperici faciunt in lecto ftare cogas nocu/mẽtũ in ore nullũ accidere pmittas incurabiles qui reputant̃ q̃nq; tales morbos mirifice fanes & incu rando fiftulas cancrũ fcabiẽ leprã & oẽs fere malẽ/colicos morbos doctus efficiaris:neq; hoc a uerita/te alienũ putes q̃m fi bene pfpexeris rõne & aucto ritate id uerꝶ eẽ cõprẽdes:& fi exptus fueris ad fen fum hoc patere cognofces nec me ĩ hoc opufculo ni fi multis expiẽtiis cõprobata remedia fcribere cre/

das ubi siqd minus bene dixero ēquo animo feras: si autē ex eo fructum cōsequaris deo laus & gloria tribuat pro mei tamē laboris mercede tibi & qbus hic labor pfecerit. Dicere libeat. Te deū suppliciter exoramus ut qui hoc nobis beneficium intulit tuo beneficio muniatur ut ab omni animo & corporis miseria liberetur & nos liberemur amen.

Diuisio opusculi talis ī primo capitulo determinabitur de origine morbi eius diffinitionē cōcludēdo in secūdo de causa℞ ipsius indagatiōe. In tertio de signis. In quarto de cura. In qnto de cautela in cui tando hunc morbū. In sexto de solutiōe pulchra℞ difficultatū. In septimo pro hiis q ī medicina parū exercitati sunt declarabo arborē signo℞ qua possint huius morbi & alio℞ qualitatem comprēdere & ipso℞ causas inuestigare breui ac clarissima uia.

Capitulū Primū de morbi origine & diffinitione.

Patursa nomen morbi.



Onuenerūt sapientes quidam ut hic morbus qui apud Italos appellatur gallicus nūc dicatur patursa quod interpretatur passio turpis saturnina: turpis enī morbus est qa mulieres ī castas ac religiosos reputari facit & generaliter oēs deturpat.

Et saturninus quia a saturno ꝓpter eius ingressum in ariete aliis cæli dispositionibus coadiuuantibus originē traxit. Et si illi influxus cessauerint non pp hoc morbum cessare necesse fuit qm̄ plura corpora infecta remanserūt a quibus alia inficiunt͛ ex quo cōprendi pōt ꝙ adhuc per multos annos hic morbus durabit: ideo caueant hoïes ut de aliis sumpto exemplo de ipsis dici possit felix quē faciunt aliena pericula cautū fuit autē dispositio a celesti influxu tūc ī corporibus impressa humoꝝ adustiua ex pte signi arietis quod calidum & siccū existit: & p adustionē humoꝝ frigidoꝝ & siccoꝝ ꝓductiua ex pte saturni qui frigidus & siccus natura existit qui humores frigidi & sicci siue melancolici p adustionē geniti pulsi ad uaria loca uarios dolores inferunt & ad cutim uaria pustularum genera ꝓducunt diffiniatur ergo sic. Morbus gallicus siue patursa est mala epidimialis dispositio in mēbris corporis p̄cipue inepate & uenis & eoꝝ humoribus existens ex qua ueluti accidentia sequuntur dolores ex pustule per uniuersum corpus. Tangitur causa efficiens cū dicit͛ epidimialis quia a cælesti influxu ꝓcedēs formalis cū dcit͛ mala dispositio materialis cum dicit͛ in mēbris etiā tangit͛ differētia per hoc quod dicit ex qua sequunt͛ dolores &c. de finali aūt causa morbi medicus corporalis non se intromittit spiritualis

Origo morbi.

Duratio morbi.

Diffinitō morbi.

Cā̄ efficiens materialis formalis finalis.

tamē medici dicunt esse ꝓpter punitionē peccatoꝝ quare qui ab hoc liberari aut ipsum euitare ꝓcurāt a delictis caueant ut mentē suā deo applicent solus enim deus langores sanat ut inquit me. Inde appro priatis ex qua diffinitione plura ac utilia correlaria sequunť. Primū ꝙ hic morbus est unus & nō plu/res ut quidā insufficienter dixerūt qm̄ de ipso non posset unica dari diffinitio neq; unicā semper cām héret efficientē neq; unica sibi cōpeteret cura neq; unicū haberet nomen quod incōueniēs esset ut pro parte apparuit & manifestius adhuc apparebit. Secundū correlariū ꝙ male arbitranť qui de hoc morbo capitulum inuenisse credūt siue capitula ut de doloribus iuncturaꝝ & de assafati qm̄ illis non cōpetit diffinitio supius assignata ꝑterea nō oēs do lores qui fiunt sunt ī iuncturis neq; oēs pustule assi milanť assafati: quare neq; hic morbus in esse cum illis cōuenit neq; cura eius ad curā illoꝝ reduci pōt ut inferius manifestabiť. Tertiū correlariū ꝙ qui curant tantū pustulas aut qui tantū ad dolores ad/uertūt imperfecte curāt. Quis enim potest curare pfecte capitis dolorē aut nimiā lingue ariditatē uel sitim quæ a febre ꝓueniūt nisi prius curetur febris accidēs enim sequitur morbū sicut umbra corpus ut Galien. tertio de accidenti: & hoc pacto dolores ut pustule curari nō possunt nisi prius hic morbus

De hiisq impfecte curant.

curetur:qm̄ iſta/aut ſunt accidentia/aut egritudines aſſociate q̄ ſequunt̄ principalē & curā illius p̄ſup/ ponūt:ut Auic.in prima tertii & pleriſq; locis oſtē dit. Quartū correlariū ꝙ ſi qs cōiungat curā em pericoꝝ & curā iſtoꝝ qui regulariter opari credūt/ ut empici ungēdo & medici purgādo ꝙ adhuc in/ ſufficiens eſt cura qm̄ p illa medicamina nō remo/ uetur illa mala complexio q̄ in mēbris impreſſa eſt & hæc fuit cauſa:quare multi crediderūt ſe eſſe ſa/ nos & nō fuerūt:& ſi aliqs ſanatus eſt.Hoc fuit qa per medicinas ſolutiuas & unciones fuerūt humo/ res pfecte euacuati qbus euacuatis natura fuit po/ tentior ſupra morbū uel ſupra malā illā cōplexio/ nem & ipſam expulſit hoc tamē nō factū eſſet niſi uirtus eſſet fortis & impreſſio fuiſſet modica ubi aūt uirtus fuit debilis & impreſſio fortis nō potuit hic morbus expelli & pp hāc diuerſitatē in uirtute & impreſſione qdā potuerūt ſanari abſq; medicinis quidā cū medicinis & quidā nullomodo ſanari po tuerūt:nos aūt oſtēdemus modū quē expientia & ratio docuit ad ſanandū oēs remouēdo cū medici/ nis nō ſolū humorē actu facientē dolores & puſtu las & ipſum qui paratus eſt facere ueꝝ ipſam malā cōplexionē q̄ humores inficit ipſis tamē prius eua/ cuatis ut regulariter facere cōuenit:& in hoc cōſi/ ſtit theſaurus cure:plura alia correlaria inferre poſ/

Quare aliqui ſa nati ſunt abſq; me dicinis.

Theſau/ rus cure.

B

ſem:ſed quia ſupfluũ eſt ꝓlõgare ſermonẽ in rebus quæ in medicatione nullũ afferũt iuuamẽtũ ut ait Galieñ.primo regiminis acutoꝝ ſatis de hoc dictũ puto ſupereſt modo de cauſis determinare.

Capitulum Secundum de cauſis morbi gallici.

c Auſaꝝ duplex eſt genus qm̃ quædã ſunt primitiue quædã corporales & iſte du/plices quædã antecedẽs:& quædã cõiunctæ primitiua põt eſſe in hoc morbo duplex principaliter quaꝝ prima eſt ſola influẽtia uel aeris cor/ruptio per quã cãm eueniſſe pie credendũ eſt in religioſis ſecũda ẽ cõuerſatiõ ut p oſcula & lactis aſſũptionẽ ut in pueris uiſum eſt aut per coitum ut in pluribus cõpertũ eſt & frequẽtiſſime eueniſſe:aliis aũt modis & p̃cipue a ſola influẽtia uel aeris corruptione rariſſime & etiã p alios modos cõuerſatio/nis euenire potuit quod tuæ cõſiderationis derelinquo ſatis eſt ut ſcias hunc morbũ eſſe cõtagioſum ut expientia docet & rõne ſimilitudinis quã habet cũ morbis cõtagioſis nõ aliter credendum eſt unde Auic.ſecũda primi in cõplendo ſermonẽ de diſpoſitionibus egritudinũ:quædã ſunt q̃ de uno ad aliud trãſeũt ſicut lepra ſcabies uariole febres peſtilentiales etiã apoſtemata putrida. Cauſaꝝ uero antecedẽ

Cã primitiua.

Cauſa antecedens.

tiũ quadruplex eſt genus ſecũdũ ꝙ quattuor ſunt humores qui in materiã huius morbi trãſire parati ſunt pp eoꝝ indiſpoſitionẽ aut q impreſſionẽ morbi ſuſcipere apti ſunt ut ſanguis/colera/flegma/melencolica. Cauſa uero cõiuncta eſt duplex qa quædam eſt ipſius morbi & eſt humor qui primo infectus aut alteratus a cauſis primitiuis inficit mẽbra & alios humores & hinc dicit᷑ cauſe primitiue monent antecedẽtes ſed cã cõiuncta accidentiũ eſt humor ĩmediate cauſans dolores aut puſtulas. Sed hic poſſet q̃ri an mala qualitas exiſtens in humore qui eſt cauſa antecedẽs poſſit eſſe egritudo & uidet᷑ ꝙ nõ cũ egritudo ſit paſſio uiuentis & humor nõ uiuat ad quod reſpondet᷑ ꝙ humor exiſtens in epate & uenis infectus iſta mala qualitate põt eſſe egritudinis ſubiectũ dato ꝙ illa mala qualitas adhuc nõ ſit cõmunicata mẽbro qm̃ ipſa põt ledere:opationẽ digeſtiue epatis & uenaꝝ ut humores corruptos generet ergo p diffinitionẽ egritudinis patet ipſam eſſe egritudinẽ:ad argumentũ autẽ dicit᷑ ꝙ ſufficit ꝙ uiuens ſit ſubiectũ denoĩationis ſiue illud quod denoĩat᷑ egrũ:nõ autẽ oportet ꝙ ſit ſubiectũ inheſionis ĩmo ſtat ꝙ ipſe humor ſit ſubiectũ cui ipſa egritudo inhereat & ſi dicat᷑ quomõ humor poterit eſſe cã antecedẽs & in eo eſſe ſubiectiue egritudinẽ. Dico ꝙ erit cauſa antecedẽs reſpectu doloꝝ

Cã cõiuncta morbi.

Cã cõiuncta accidentium

& pustulaꝝ quia paratus fluuere ad loca doloꝝ & pustulaꝝ & erit etiã causa cõiuncta pro q̃to causat malã cõplexionẽ in mẽbro & erit subiectũ egritu/dinis pro q̃to habet dispositionẽ per quã ledit᷑ opatio mẽbri & ipsum facit denoĩari egrũ hæc si bene consideres omnem difficultatem quæ circa diffini/tionem fieri aut considerari posset comprendes.

Sequitur modo de signis.
Capitulum Sextum de signis morbi gallici.

Signa sunt lesio siue nocumentũ in uirga & p̃cipue corrosio siue nocumẽtũ quod assimilat᷑ carolis grauitas capitis & colli dolor q paulatine expandit᷑ uersus humeros & spatulas usq; ad iuncturas primo brachioꝝ deinde ti/biaꝝ & aliq̃n fit in musculis & lacertis & aliis neruis qui sunt in istis mẽbris & auget᷑ dolor in nocte & de die diminuit᷑. Cuius causa est qa humores in nocte a natura mouent᷑ pp ipsam esse retractam & fortiorẽ & etiã quia ratione humiditatis noctis materia auget᷑ aut ratione frigiditatis de die aũt natura diuertit᷑ a sensibilibus & aliis & nõ ita humores mouet:tũ quia debilitata:tũ qa circa alias opatio/nes occupata quare etiã signa causaꝝ ex parte do/loris & pustulaꝝ ostẽdã:ex aliis aũt iam patebit in

Quare auget᷑ dolor in nocte.

arbore signoꝝ inferius declarāda. Si dolor est acu-
tus & nō multū tarde eueniens & pustule sunt par
ue ad citrinitatē tendentes uel ulcerantes: & in cute
aspitas appareat a colera sunt. Si aūt dolor est extē
siuus paulatine eueniēs: & pustule sunt late ad albe
dinē tendētes a flegmate sunt: & si ista signa appa-
rent & sunt cum pruritu magnifico & aliquali ar-
dore a flegmate salso sunt. Si uero ad nigredinē tē
dunt & parue etiā sunt a malencolia, dolore maxi-
me existente pauco. Si aūt ad rubedinem tendunt
& dolor nō est multus a sanguine fiunt ista tamē si
gna cōfundi reperies si alia aspexeris signa qm̄ quē
admodū raro accidit corruptio in humore uno so-
lo teste Galie. primo regiminis acutoꝝ: ita raro re-
peries ꝙ solū appareāt signa significātia supra unū
humorē solū quare oportet oīa signa in mēte colli
gere: & ea cōparando ad se inuicem comprendere
quod magis dominatur & iuxta illius humoris do
minium ita curam ordinare.

Pronostica.

a D hūc morbū magis parati sunt melen
colici pp similitudinē iuxta Aristo. secū
do de generatione in hñtibus symbolum
facilior est trāsitus & Auic. cōuersio in genere pro-

portionali facilior est q̃ cõuersio in cõtrariũ secũda primi & maxime illi qui sunt melencolici per adu- stioné: secundo illi qui sunt colerici: tertio sangui- nei pp humorꝝ abundantiã minus ceteris sunt fleg matici & hoꝝ oĩum magis p̃parati sunt qui habẽt corpora rara: & adhuc omniũ magis illi qui malis humoribus repleti sunt & qui utuntur cibis melen colicis sicut legumina carnes antiquas & hmõi & cũ hic morbus est recens est curabilis: cũ aũt anti- quatᷣ difficilioris est cure & tanto magis q̃to anti- quior qm̃ illa mala cõplexio cõtinue magis figitur quare qui hũc morbũ patiunᷣ q̃ citius possint libe rari ꝓcurẽt. Item hñtes pustulas eminentes multas & dolores paucos facilius curantur q̃ qui opposito modo se hñt: & qui nodos hñt qui gume uulgari- ter appellanᷣ difficilius ceteris curanᷣ. Iuuenes enĩ ceteris paribus siue adolescẽtes facilius ceteris cu- rantur. Vnde Galie. nõ est possibile illi qui in etate plus ꝓcesserũt magis saluari q̃ adolescẽtes secundo pronosticoꝝ: superest modo ad curã deuenire.

Capitulum Quartum de cura morbi gallici.

e Vram huius morbi p septẽ intentiones cõpleri arbitramur: prima est uentris le- nitio: secũda minoratiua euacuatio: ter-

tia materie digestio: quarta ipsius euacuatio: quīta membrorꝝ alteratio: sexta ipsorꝝ cōfortatio: septima accidentiū correctio. Sed quia plus nocet error in sex rebus nō naturalibus q̄ sit iuuamentū medicinaꝝ teste Serapione quīto pratice secūdo capitulo & Auic. amplius scire oportet ꝙ nō oīs cōplexiōis malicia suo medicat̄ contrario &c. īmo moltotiens sufficit regiminis bonitas: ideo regimē in sex rebus nō naturalibus preponendū est. Vnde licet sanis ēt debeat̄ regimen illud appellat̄ conseruatiuū. Istud aūt curatiuū. Cum igit̄ oīs cura sit per cōtraria ut Galie. tertio tegni & Aui. quarta primi & hic morbus sit ualde siccus regimē debet declinare ad humidum: & quia quo ad essentiā eius est calidus qꝛ adustiuus & quo ad humores frigidus quia humores sunt frigidi & sicci oportet tēperare regimē in actiuis & in passiuis facere quod declinet ad humidum licet ꝓpter apertionē & humorꝝ subtiliationē ac digestionē necessariū sit administrare calida ipsis tamē oportet admiscere aliqualiter frigida & cōforrantia p̄cipue epar & uenas quare sit aer in actiuis parūper declinans ad calidū. In passiuis aūt absolute declinet ad humidū sit boni odoris & euētatus & pōt fieri in estate artificialiter hmōi sternēdo folia canne salicis iunci uitis rosꝛ. uiolas eis miscēdo laurū & res boni odoris & omnia ista irorādo cum Aer

Cibus & potus. aqua. Circa cibũ & potũ dieta nõ debet esse subti lis. Vnde Hypo. tenues & certe diete in diuturnis passionibus difficiles quarto prime particule sit er/ go panis non calidus nec pluris triũ dieꝝ bene co/

Vinum. ctus & fermẽtatus. Vinũ sit albũ clarũ medii sapo ris inter dulce & ponticũ cũ aqua cocta debite per mixtũ: aut cũ aqua buglose borraginis & similiũ & hoc p̃cipue in declinatione quia in aliis tp̄ibus possent plures materie duci ad loca doloꝝ. Ideo si plures dolores assint bibat́ rubeum usq̧ in declina

Carnes. tionẽ. Carnes sint ex caponibus iuuenibus carno sis sed non pinguibus & ex pullis & edis & uitulis lactantibus & agni annualis carnes fasianoꝝ per/ ditũ & auiculaꝝ paruaꝝ licet cõcedi possunt: tamẽ meliores sũt carnes domesticoꝝ qa magis de humi do participãtes. Ex piscibus cõcedunt́ petrini squa mosi uiuẽtibus in bonis aquis & ex supradictis põt fieri ferculum ut cũ lacte amigdalaꝝ & seminũ co minum & ptisana ordearea est ualde cõueniens: far

Herbe. etiam & huiusmodi. Ex herbis melior est buglosa & borago ipsa: unde uersus borago bona q̄ dulcia sunt tria dona semp uirescis & in omni tp̄e crescis inquit. Borago gaudia semp ago. Item concedunt́ spinachie & in ꝓcessu feniculus petrosellinũ cũ la/ ctucis & spinachiis miscendo: & ex hiis herbis & ipsa cicorea põt fieri salatuciũ cũ aceto passulato.

Legumina oĩa p̃ter cicera fugienda sunt & caules. Legumina.
Lacticinia oĩa fugiẽda sunt sed lac fortasse cõcedi Lacticinia.
posset ubi non esset epatis inflãmatio aut stomaci
ubi timeret eius facilis corruptio unde Auic. in de
cura lepre. Lac est de cõueniẽtiorib9 medicinis er-
go pp conformitatẽ quã habet hic morbus cũ illo
posset cõcedi. Oua cõueniũt sorbilia aut in aqua Oua
decocta. Aromata ꝑ cõfortatiõe mẽbroꝝ & ĩ pau- aromata
co usu & p̃cipue cinamomũ cõcedi pñt: ideo ĩ ciba
riis põt poni talis puluis. Recipe carui anisi ame-
os petrosellini apii maratri bethonice cimini cala-
mẽti pulegii ysopi spicenardi pipis añ. õ. i. maiora
ne folii balsamite ozimi cardamomi galange liqui
ricie añ. õ. i. Hic puluis maxime cõueniẽs est habẽ
tibus stomacũ debilem & cerebrũ frigidũ letificat
cor & acuit sensus & mirabiliter memoriã cõfortat.
Fructus cõueniẽtes sunt tẽperati. In actiuis aut pa Fructus
rum ad calidũ declinãtes & humidi cõueniũt ergo
mora matura & dulcia uua matura poma dulcia
apia muscata dactilina & hmõi q̃ dari debent co-
cta sub prunis. Itẽ cõueniũt amigdale pruna dama
scena psica exsiccata & depilata infusa in uino gra
natoꝝ muzoꝝ. Somnus sit tẽperatus superfluus Somnus
enĩ nocet iuxta Hypocra. somnus & uigilia magis
modo facta malũ. Tertia particula afforismoꝝ mi-
nus tamẽ malũ est declinare ad superfluũ somnũ q̃

ad supfluã uigiliã semp tamẽ studeas facere q̄ som nus sit tẽpatus: unñ Aui.3ª primi capit.9°. Somnus tẽpatus uirtutẽ fortẽ efficit. Meridianũ aũt somnũ fugiat nisi p̄nimio dolore non potuisset dormire in

Motus.

nocte. Motus añ cibũ factus est coueniens tẽpatus pulsis tñ supfluitatibus prime & secũde digestióis: melius tñ ẽ declinare ad supfluã qetẽ q̄ ad supfluũ motũ ímo qñ utit̃ medicinis necessaria est quies: & ió isti empici cogũt̃ in lecto stare: uirtus eni tũc totaliter attenta est ad morbi expulsionẽ. Vitãda

Accidẽtia animi

est ira furor tristicia timor solicitudo confert letari gaudere bene spare de salute sua cõfidere cũ amicis & dilectis couersari. Coitus aũt sit tẽpatus & ce

Coitus

lebrata tertia digestione uentrem hẽat lubricũ & si

Inani° & reple°

nõ natura arte diebus interpollatis faciẽdo tale clistere. Recipe folioꝝ maluaꝝ fumi terre mercurialis añ.m.i.boragis.m.S.fiat dcoctio de q̄ accipiat̃.q.s.& addat̃ olei õ.iii.salis.3.ii.stõacho ieiũo ipõat̃

Lenicio

P Ro prima igit̃ intẽtione Recipe Cassie nouiter extracte electuarii lenitiui añ.3.v.& cũ zucharo fiat bolus aut distẽpent̃ ista cũ aq̄ fumi terre aut aqua fructuũ aut potes exhiber̃ mãne cassie añ.3.vi.& cũ predictis distẽperat̃ pro diuitibus uel fiat tale clistere. Recipe blitis mercurialis malue floꝝ camomille añ.m.i.fiat decoctio cui ad datur yerapigre.3.vi.cassie zuchari rubei añ.õ.i.

olei cõis.ō.iii.salis.ʒ.ii.admĩstret ieiuno stomacho.

PRo secũda intentione q̃ est materie minoratio. Recipe florum uiolarum: florum boraginis añ.ʒ.iii.liquiricie ras.passularum enucle.añ.ʒ.ii.prunorum sebesten añ.numero.v.folliculorum sene epithimii añ.ʒ.i.fiat omnis decoctio de qua accipiat quantũ sufficit ad distemperandum cassie nouiter extracte electuarii lenitiui añ.ō.i.electuarii Indi.ʒ.i.s.uel tã tũdẽ cõfectionis amech fiat bolus cũ zucharo aut distẽperẽt oĩa &c.ut supra uel Recipe pillularum feti darum de fumo terre añ.scru.i.fiãt pillule.iii.cũ melle ros.& dent post cenã electuaria aũt dent de mane. Mĩoratᵐ

PRo tertia intentione quæ est materie digestio.Recipe syruppi de fumo terre de buglosa añ.ʒ.vi.aquarum cicoree endiuie lupulorum añ.ō.i.& cõtinuetur per quinq; dies. Deinde detur solutiuũ positũ in sequenti intentione postea iterum accipiat aliũ syruppũ:ut gratia exẽpli.Recipe syruppi de sticados.ō.i.de fumo terre.ō.s.aquarũ boraginis lupulorum & endiuie añ.ō.i.trãsactis aũt sex diebus aut septẽ det iterum solutiuũ & postea iterum accipiat syruppũ adhuc fortiorẽ puta de epithimo cũ aquis feniculi petrosellini &c. & si infirmus fastiditur cũ syruppis fiat talis decoctio. Recipe radicum apii feniculi petrosellini buglose brusci spagi ab eis extracto medullo ligneo capillorum ueneris Digestiᵐ

floꝝ boraginis & mellisse epithimi polipodii thimi passularꝝ añ.partes equales fiat decoctio & coletur & addito pauco aceti & modico zuchari iterũ una bullitione bulliat & de ipsa accipiat patiẽs ciatum unũ modo & ordine calidam ut supra & si de hac decoctione iã fastidit͛ infirmus dent͛ tales aque cũ zucharo.Recipe aquaꝝ scolopẽdrie feniculi buglo se boraginis fumi terre añ.õ.i.cũ modico zuchari det͛ ut supra.Sed qa materia est adeo rebellis ꝙ nõ põt per intus suscepta digeri oportet ꝙ ad extra ap plicent͛ quæ hanc materiã in digerẽdo iuuant adeo ut q̃tũcũq; materia sit digestioni inobediẽs hoc mõ digerat͛.s.applicando per intus & per extra nec de hoc mireris.s.de applicatiõe medicaminũ ad extra ad digerẽdũ qm̃ Gilbertus in cura terciane cõpo/ site ait oportet digerere materiam ꝑ fomẽtationes emplastrationes & hmõi talis ergo seruet͛ ordo ut prima & secũda die accipiat syruppum patiẽs:ter/ tia aũt die facias ungi cũ unguẽto inferius descri/ bendo oẽs partes domesticas tibiaꝝ & brachioꝝ & plãtas pedũ & palmas manuũ leniter tñ & parum apponẽdo de unguẽto & hoc qñ uadit patiens dor mitũ & de mane accipiat etiã suũ syrupũ ita ut in sexta die sint accepti sex syrupi & sint facte tres un ctiones & tũc dabis medicinã solutiuã & humores qui per os expelli deberẽt ad inferiora diuertẽtur:

& ſic euitabit̃ nocumentũ in ore. In diebus aũt ſe/
quẽtibus ſimili mõ utaris fortificando tñ aliq̃tulũ
digeſtiuũ & etiã unguẽtũ ponẽdo magis de tyria/
ca & argẽto uiuo potes ẽt illa loca fomẽtare cũ de
coctione melliloti radicũ altee & ſimiliũ: & hoc fa/
ciendo de mane & ſic erũt tria ingenia ſimul ad di
gerẽdũ. ſ. ſyrupi unctiones & fomẽtatiões. Sequit̃ modo deſcriptio unguẽti. Recipe butiri. õ. iii. aſſun
gie porci medie inter recentẽ & antiquã libr. i. ty/
riace etatis decẽ annoꝝ. õ. i. ʒ. mitridati. õ. i. argẽti
uiui. õ. ii. ʒ. litargiri auri ſalis cõmunis añ. õ. i. fiat
unguentũ ex iſtis incorporãdo tantũ de aqua fumi
terre & ſcabioſe q̃tũ poterit incorporari: & hoc un
guentũ eſt ꝓpria medicina huius morbi & ultimũ
& maius ſecretũ ꝙ eſſe poſſit circa ea quæ exterius
applicantur: de hiis autẽ quæ interius applicantur
principalius & maius iſto eſt aqua diſtillationis ty
riace ut uidebitur.

Syrupi
Vnciões
Fomẽta/
tiones.
unguẽtũ

P Ro q̃rta ĩtentione q̃ eſt ipſius materie dige
ſte euacuatio. In forma potabili prĩo Reci/
pe electuarii lenitiui caſſie nouiter extracte añ. ʒ. iii.
electuarii Indi minoris cõfectionis amech añ. ʒ. ii.
cũ aqua fructuũ uel cũ decoctione prius dicta det̃
de mane dormiendo deſup ꝑ horam poſſunt ẽt iſta
diſtempari cũ aqua bugloſe & endiuie aut de fu/
mo terre & ſimilibus. q. s. uel loco. Caſſie ponendo

Quarta
intentio.

manne.ʒ.vi.pro diuitibus uel pro ipſis diuitibus de
tur talis medicina.Recipe liqricie raſ.paſſularꝶ añ.
.ʒ.ii.ſebeſtẽ numero q̃ttuor floꝶ boraginis bugloſe
añ.m.S.folliculoꝶ ſene numero q̃ttuor tamaridoꝶ
.ʒ.i.bulliãt in aq̃ bugloſe fumi terre añ.q.s de qua
decoctiõe accipiant̃.ő.iii.in qua infũdant̃ reubar
bari ſcru.iiii.agarici ſcru.ii.ſpice gra.q̃ttuor ſtẽt p
octo oras.In infuſione & fiat exp̃ſſio cui addat̃ ele
ctuarii lenitiui.ʒ.vi.electuarii Indi mĩoris cõfectio
nis amech añ.ʒ.i.s.& fiat potio q̃ exhibeat̃ mõ ut
ſupra hoc tñ gr̃a exẽpli dictũ ſit.Pillule cõuenien/
tes ſunt pillule de hermodatilis de fumo terre.Inde
aggregatiue ut gr̃a exẽpli:Recipe pillularꝶ de her/
modatilis de fumo terre añ.ſcru.i.fetidarꝶ ſcrup.ii.
cũ ſyruppo de ſticados fiãt pillule pro una uice q̃s
accipiet patiens de mane & dormiat deſup p horas
tres aut quattuor. Omnia iſta dicta gratia exem/
pli qm̃ tua intereſt ſecũdũ exigentiã particularium
uariare ſi opus erit iſta ſolutiua ſunt accipienda in
ſexta die prout dictum eſt in precedenti intentione
& eo ordine procedendum eſt.

Mẽbroꝶ alteratio

PRo quinta intentione fiat balneũ ſiue ſtufa
cũ aqua dulci in qua bulliant malua biſmal
ua mellilotũ camomilla roſe lapacium fumus terre
& hoc debet fieri poſt purgationẽ in die ſequenti.
Hoc enim pacto fit cõueniẽs alteratio quia hume/

ctatio q̃ maxime requisita est:& cũ incipiet sudare accipiet infrascriptã aquã. Recipe radicis altee fu/ mi terre lapacii enule. añ. lib. s. & minutim icidan tur & ponant in quattuor libris uini maluatici ad remolliendũ per unã diem & unam noctem postea addatur tyriace etatis decẽ annorum aut plus. ō. i. s. & ponat in alãbico & destilletur aqua de qua acci piantur. ō. iii. cum. ō. ii. aque buglose in principio ut dictũ est & ista stufa reiteretur omnibus sex die bus transactis aut septem bibendo istam aquam q̃ est optima & singularis:& in hoc morbo magnum secretum & ultimũ est cauterium.

P Ro sexta intẽtione q̃ est mẽbrorum cõfortatio recipe letificãtis Galieni. ʒ. iii. dramusti dul cis. ʒ. vi. aromatici gariofil. ʒ. s. electuarii regũ. ʒ. i. cõ serue bug. citoniorum boraginis añ. ō. i. syruppi de pomis. q. s. fiat electuarium de quo accipiantur de mane. ʒ. ii. uel coclear unũ. Itẽ recipe tyriace andro machi habẽtẽ etatis annorum decẽ ad minus. ō. i. mi tridati. ō. s. seminis citri boliarmeni añ. ʒ. i. incorpo rent oia ultimata cõtritiõe & cũ aqua ros. muscata fiat electuariũ de quo accipiat ad q̃titatẽ auellane uel. ʒ. i. Itẽ põt fieri talis cõfectio ad restaurandum si debilis ualde fuerit ut sepe accidit. Recipe amig/ dalarum dulcium auellanarũ añ. ō. i. fisticorum. ō. s. seminum cõmunium frigidorum. ʒ. vi. zuchari fini

penidiorum pulpe caponis an̄.ō.iii.cum aqua rof. fiat cōfectio in morfellis. Itē ad hoc ualent epithimata faculi cordiales & hmōi q̄ narrare plixū eēt nimis.

Pro doloribus.

P Ro feptima intētione q̄ eft accidētiū correctio pro doloribus fi nimiū & intollerabiliter infeftauerint. Recipe radicis lilii feminis iufquiami an̄.ʒ.iii.ceruze.ō.i.medulle cerui & uituli an̄.ō.ii.olei antiqui & cere.q.s.& fiat unguentū cum quo liniat᷑ locus doloris aut pōt poni modicū opii fi ultima neceffitas fuerit & qm̄ ifta narcotica nō debent applicari nifi urgēte maxīa neceffitate dicēte Aui.16ª.tertii.In narcoticis timor & Mef.fi excufare potes nō ppinare melius eft dimittant᷑ pposse & prius tentent᷑ anodina & uere fedancia ficut anetum camomilla mellilotū altea uitellū oui lac maxime humanū & hmōi.

Pro puftulis.

Pro puftulis utere p̄dicto unguēto uel Recipe terbētine pinguedinis irci an̄.ō.i.ceruze litargiri auri aluminis ufti an̄.ō.ʃ.olei laurini.ō.ii.cere.q.s.fiat unguentū ppuftulis ulcerofis

Pro fiftulis. Pro cancro.

fiftulis & cancro Recipe nitri fuliginis litargiri tartari cocti fub cineribus in frondibus cauliū auri pigmēti pipis olibani uitellorum ouorum an̄.ō.iiii. radicis enule lapaci acuti in forti lexiuio cocte an̄.ʒ.ii.fucci fumi terre fucci lapaci acuti & abfinthii celidonie enule fabbe grece abbrotani de oībus hiis fuccis an̄.ō.iii.hellebori albi faponis farraceni ful/

furis uiui añ.ʒ.ʂ.oēs ſucci bulliāt depurentur & co lentur & poſtea radices lapacii enule trite ponant deinde ſapo poſtea puluis ſpecierꝝ & tūc adde olei cōis aſſungie porci & cere añ.ʒ.ii.argēti uiui cum aſſungia extincti.ō.i.& fiat unguētū qđ erit mirabile ad ſupradicta. Pro gumis uel nodis accipe radices altee & in uino albo coq̄ & cū aſſungia galline tere & ſuppone. Itē recipe mucillaginis ſeminis lini mucillagís altee añ.ʒ.ii.olei de ſpica amigdalarꝝ dulcium camomille añ.ō.ʂ.butiri.ō.i.gumi arabici dragāti añ.ʒ.i.cū cera fiat unguētū ad mollificandū & reſoluēdū mirabile ad idē ualet cerotū de mucillaginibus yſopus humida & ſimilia. Item ad oía iſta ualet unguētū q̄ ſolet fieri ad ſcabiē ut Recipe terebētine bene lote.ō.iiii.butiri loti.ō.ii. ſalis.ʒ.i.ſucci citrangulorꝝ uitellorꝝ ouorꝝ añ.nūero .iii.olei roſ.ō.i.miſceant oía ſimul & fiat unguētū multa alia poſſem hic cōueniētia ſcribere ſed qa remoto morbo principali iſta oía facilime remouent iſta ſufficiāt. Sed pro nocumēto oris ſi acciderit recipe roſarꝝ albarꝝ & rubearꝝ añ.m.ʂ.camomille ſal uie añ.m.i.bulliant in uino albo & colet:cui colature addat aluminis uſti.ʒ.ii.diamoron mellis roſ. colati añ.ō.ʂ.uini granatorꝝ.ō ii.miſceantur & lauetur os ſepe ī die & debet eſſe uinū una enguiſtara & media & loco uini pōt poni aqua plantaginis

Pro nodis.

ſolatri & ſcabioſe uel ſemper uiue & poteſt addi in decoctione canſore gra.v.uel filoni.3.5.plus aut minus ſecundũ doloris exigentiã ſed ut dictum eſt ab iſtis cauendũ eſt narcoticis. Item ualent fruſtra concurbite uiridia in ore retenta ualet etiam lauare os cum lacte miſcẽdo cum eo aquam nenufaris & ſolatri & multa alia hic ponere poſſem:ſed quia in ore non accidet nocumentum ſi bene & iuxta pre/dicta operatus fueris ſatis dictũ ſit ſupereſt modo de modo euitandi morbum loqui.

Capitulum Quintum de cautela in eui/tando morbum Gallicum.



Vi Gallicum morbũ euitare ꝓcu/rant in primis a delictis caueant. Vnde dici ſolet propter peccata ue/niunt aduerſa & maxime a pecca/to luxurie cauere debet:nã dicitur Iob tertio luxuria ignis eſt uſq; ad cõſumptionem deuorãs & ſpirituales medici dicunt ꝙ diuerſe egri tudines ueniũt ꝓpter diuerſa peccata ut febris quo tidiana ꝓpter peccatũ ſuperbie podraga ꝓpter pi/griciã lepra:ꝓpter luxuriã & ſic de aliis.Cum ergo iſte morb9 lepre aſſimilat̃ luxurie attribuẽdus eſt. Sed qa hæc ad aliũ medicũ ptinent ſatis dictũ ſit.

Dicamus ergo ꝙ nr̄a intereſt ſcilicet ut caueat ho/
mo a nimia cōuerſatione cū infectis & precipue a
coitu cū infecta muliere eſt enim hic morbus con/
tagioſus unde Aui. ſcd̄a primi in cōpleto ſermone in egritudinibus ſic ait de egritudinibus: quedā eſt quæ ab uno ad aliud tranſit ſicut lepra ſcabies ua/
riole & febres peſtilentiales etiā apoſtemata putri/
da: cum ergo hæc egritudo aut lepre aut ſcabiei cō
formatᷣ cōtagioſam dicere cōuenit. Itē cauendū eſt
ab hiis quæ humores malos generāt & p̄cipue quæ
multiplicant humorē malencolicū ut oſtenſum fuit
in regimine per ſex res nō naturales & ſi cōtingat
ꝙ accidat nocumentū in uirga pp cohitū ſtatim re
mediandū eſt cū ſequēti lauanda. Recipe roris ma
rini ſaluie camomille an̄. m. ſ. bulliant in uino albo
cui poſtea facta colatura addatᷣ uinū granatoꝝ. ō.
.ii. mellis roſati. ō. ſ. madefiat uirga ſeu locus noci
tus cū hac decoctione poſtea aſpergatᷣ deſuper ta/
lis puluis. Recipe litargiri auri ceruze yreos tucie
nucū cipreſſi an̄. ʒ. i. puluerizentur optime & poſt
lauandam ponatur & ſi hic puluis erit nimis fortis
addatur thuris maſticis mirre an̄. ʒ. i. pro maiori ta
mē ſecuritate cum cohitū perfecerit homo uel mu/
lier ſe optime abſtergat circa pudibunda cū cami/
ſia aut alio panno lineo mundo & caueat a pannis
ipſaꝝ mulieꝝ qm̄ infecti ſunt & poſtquā ita fece/

Cōtagio/ſa egritu do.

rit pro maiori adhuc securitate abluat locũ cũ aq̄
calida aut uino albo cauendũ enĩ est ab aqua frigi
da qm̃ ipsa materiã cõpingit unde in fricatione co/
bitus adheret aliqua limositas siue humiditas ĩ uir/
ga quæ est causa infectionis uirge & corporis igit̃
bonũ erit hoc uti regimine ut remoueatur illa infe
ctio seu sordicies.

Capitulum Sextum de solutione difficultatũ que
moueri possunt circa hunc morbum.

Primo  Larificatio si queratur quare hic
morbus incipit a pudibundis di
cũt quidã inepti ꝙ ideo est quia
ibi magis abũdãt humores cor/
ruptioni parati: sed cõtra: si hæc
ratio esset sufficiẽs oẽs fere egri
tudines ibi haberẽt iniciũ: ideo dicat̃ ꝙ ĩter mẽbra
illa & morbi q̄litatẽ talis est cõformitas: & hoc me
rito talis ĩfluxus: nõ enĩ quodlibet agit ĩ quodlibet
sed determinatũ in determinatũ phõꝝ sic hic mor
bus aptus est primo recipi ĩ uirga & deinde in col
lo capite & humeris & nõ in aliis locis unde ille in
fluxus qui fuit illis tp̄ibus capiti & uirge inimica/
Secũdo batur. Et si q̄ratur q̄re terminat̃ p os respõdet̃ ꝙ
hoc est merito argenti uiui a sua ꝓprietate hoc fa/

ciens.s.trahēdo humores uersus illas partes aut me
lius ꝙ argētū uiuū sua caliditate humores subtiliat
& calefacit & hoc modo aptos reddit ut ꝑ supiora
eos natura expellat unde Paulus ponit ipsū calidū
& humidū ī quarto cui magis adhereo q̄ Aui. qui
ponit frigidū in secūdo. Et si q̃ratur quare os fe/ Tertio
tet dicendū ꝙ hoc est ab argēto uiuo cuius ꝓprie/
tas est ut faciat fetere os fumus eius ut Aui. scđo
canone capitulo suo & ab eo etiā ꝓuenit dolor ca/
pitis & nocumentū in ore ut ex natura sua colligit̄
accedit ad hoc humor q ē adustus putridus & ma/
lus qui habet facere eadē accidētia ideo nimirū si
tantus dolor quare sūmū remediū est ut cū incipit
humor expelli ꝑ os diuertat̄ cū medicinis ꝑ supius
& inferius exhibitis ad ꝑtes inferiores. Et si q̃rat̄ Quarto
quare aliqui q̃tūcūq; parati ad egritudines malēco
licas merito cōplexionis & mali regiminis & coeū
tes cū istis infectis nō inficiunt̄ dico ꝙ hoc fortasse
est quia eoꝝ corpora sunt magis densa & ex cōse/
quēti difficulter impressionum recipientia magis q̄
cetera aut merito ꝓprietatis indiuidualis q̄ diuersa
in diuersis reperit̄ ut Aui.prima primi. Et si q̃rat̄ Quinto
quare argentū uiuū iuuat magis q̄ cetere medicine
ꝑter distillationē tyriacalē supius descriptā dicēdū
hoc esse a ꝓprietate aut melius a qualitate manife/
sta quia calidū & humidū in ultimo & morbus fri

gidus & ſiccus quod aũt ſit morbus frigidus & ſic
cus pſuadet̃ :primo qa ſaturninus ut oſtenſum eſt:
ſecundo quia compertũ eſt humida iuuamentum
præſtare & calida. Item quia ſimilitudinẽ habet cũ
lepra que eſt morbus frigidus & ſiccus & cũ aliis
malencolicis morbis. Itẽ quia egritudo longa unde
Aui. prima tertii tractatu ſecũdo capi. ultimo egri/
tudo cuius tẽpus prolongatũ eſt: eſt frigida ſecũdũ
omnẽ diſpoſitionem & cõfirmatur quia raro uide/
mus iſtã materiã putrefieri & cauſare febrem unde
Gali. nullius rei ꝓprietas eſt ut putrefiat ex frigi/
do neqꝫ ex ſicco ſecũdo de complexionibus quare
dicendũ eſt hoc eſſe ꝓpterea quia frigida & ſicca
Sexto egritudo. Et ſi quærat̃ quare ſepe accidit ut reme
dia aliqua uideantur in principio cõferre ſed poſtq̃
cõtinuant̃ nõ pſeuerat iuuamentũ dicẽdũ hoc eſſe
duplici de cauſa quaꝝ una eſt ex pte nature alia ex
pte egritudinis ex pte nature: qa in cõtinuatiõe fa/
ſtidit̃ & ĩ renouatiõe gaudet alia eſt ex pte morbi
quia & ſi in principio remediũ cõtrariet̃ morbo in
ꝓceſſu ceſſat cõtrarietas pp aſuefactionem: & ideo
ait Aui. ab ipſo ꝙ conſuetũ eſt nõ fit paſſio quarta
primi. Vnde uidemus aliqua aĩalia in prima obuia
tione eſſe cõtraria & inimica: ſed poſtq̃ aſuefit eoꝝ
cõuerſatio ceſſat illa inimicitia: & tũc domeſticant̃
& ceſſat inter ipſa actio ſiue pugna pariter iudicã/

dum est hoc inter qualitates esse:& si dicat contra qa agēte debite approximato & passo bene dispo/ sito &c. De necessitate sequit actio respondet q in hoc casu bene sequit actio:sed adeo pauca q nul/ lius est momenti aut dicit q ꝓpter asuefactionem cessat dispositio in patiente:ex quo sequit q pmu/ tatio medicinaꝶ dūmodo nō egrediant ꝓpositum maxime utilitatis est:ut Aui.allegato loco. Et si q̄ ratur utrū flebothomia sit cōueniēs:dico q in prin cipio & anteq̄ materia sit exparsa ad loca doloris: ex quo ipsa est in uenis & sanguini mixta maxime si etiam neq; fuerit exparsa ad cutim ipsa est cōue/ niens:si particularia cōueniunt in ꝓcessu autē non cōuenit nisi factis uel applicatis unctiōibus & aliis medicaminibus qm̄ cū natura temptauit expellere humores adiuta a medicinis permiscuit cū sangui/ ne aliquid de ipsis quare ad minus uentose nō uitu perant :sed hoc cū cautela ne humores frigidi ma/ gis incrudentur aut calidi magis inflāmētur iuxta Aui.quarta primi.Caue ne egrum ad unam duaꝶ perducas rerū aut humorum colericorum ebulli/ tionem aut frigidoꝶ cruditatem.In hoc autem ca/ su magis timetur cruditas q̄ ebullitio:& ideo raro cōueniēs est & expertū est multis nocuisse potiusq̄ iuuasse. Et si querat dolores qui fiunt qualiter ap pellari debent:dico q ut plurimum extensiui unde Octauo

Aui.doloris extensiui cā est uentositas aut humor qui neruū aut musculū extēdit ac si ipsum ad suas trahat extremitates secūda primi nec uerū est ꝙ q/dam existimāt ꝙ hic dolor sit frāgitiuus qa iudicāt hāc materiā esse inter ossa & pāniculū fundantes se in dicto Aui. Causa doloris frangitiui est materia aut uentositas q̃ interponit᷑ inter os & pāniculum qui tegit ipsum & nō loquit᷑ Aui. de pāniculo ime diate tegente os qa ille insensibilis est sed loquit᷑ de illis qui nō ĩmediate adherēt ossi sicut pāniculus te gens costas aut craneū & hmōi quare cū in illis lo

Nono cis non fiat hic dolor non debet sic appellari. Et si q̃ratur pustule q̃ fiunt in hoc morbo qbus pustulis magis ꝓportionant᷑ dico ꝙ illis q̃ uocantur asafati ab Aui. q sic ait asafati est sūmabothor ulcerosa℞ Fen septima quarti canonis capi. de asafati tñ sepe accidūt pustule q̃ aliis assimilant᷑ ut q̃ assimilantur nodis fistulis cācris essere formice & aliis fere om/nibus ut cōsideranti patet. Sed qa nominū disputa tio nō ꝑtinet medico ut Aui. prima primi doctrina sexta qnto capitulo in hoc sermonē ꝓlongare non ĩtendo: quēadmodū alii qui ignorātes essentiā mor bi & causas ipsius & ex cōsequenti curā nō nisi de noibus fecerunt mentionē quo℞ opus quare fuerit impressum cōprēdere nequeo. Et si q̃ratur quare dolores augent᷑ in secunda aut tertia die unctionis

respōdet̄:ꝙ tum quia humores mouent̄:tum quia subtiliantur in saniatione seu digestione quæ fit merito unctionis iuxta afforismum secunde particule in generatione saniei febres & dolores fiunt magis q̄ facta sanie:& ideo optimū & singulare secretum est:eo tunc administrare solutiuū ut anteq̄ humor per os expellatur per deorsum euacuet̄:& sic nocumentum in ore euitat̄:ut ego sepius expertus sum: aut si pustulas seu plagas ulcerosas habuerit ibi attrahētia ponantur ut humor inde euacuetur & ab ore diuertatur ex quo infertur ꝙ uerior est opinio quæ dicit argētum uiuum esse calidum q̄ quæ dicit esse frigidum cū ratione ipsius humor subtiliet̄ & ponatur in motu ut ostenditur. Sed cōtra ait studiosus iuuenis Vincentius aiax ciculus argentum uiuū causat egritudines frigidas ut epilepsiam paralesim & huiusmodi ut Aui. secundo cañ. & alii: ergo frigidū quia simile non nisi a simili generatur ut habetur in physicis ad quod respondet̄ quod uerum esset si de per se causaret has egritudines sed eas causat per accidens i.debilitando cum sit contrarium cerebro & neruis ratione cōplexionis quia calidum & humidum & naturalis complexio iuuatur suo simili & nocetur cōtrario iuxta illud tertio tegni calidiora calidioribus indigent adiutoriis quare ob debilitatem humores frigidos generant

& eos faciliter recipiũt/cerebrũ ipſũ dico & nerui & ſic patet clare ſolutio qa nõ incõuenit ꝙ aliqd generet ab eo diuerſum per accidẽs ut frigidum calidũ & calidũ frigidũ & ſic de aliis. Item quæſitum fuit a quodam acutiſſimo iuuene Frãciſco de carmino utrũ argentũ uiuũ ſit cõueniens in hac egritudine cum ſecundũ mentẽ omniũ auctorum inimicatꝰ neruis & hec egritudo pro maiori parte eſt in neruis. Item ait ipſe fama quẽ omnes famã non omnino uana ſeptimo ethicoꝝ ſed omnes fere dicunt argentũ uiuum eſſe contrarium & unctiones ꝓpterea uituperant igitur &c. ad quæ per me reſponſum fuit ꝙ argentũ uiuum eſt cõueniens propter rationes ſuperius dictas ſed ad primũ argumẽtum dico ꝙ licet habeat in ſe aliquod nocumentũ: tamẽ poſtquã corrigitur ut oſtenditur ſuo loco nõ eſt tantũ quin ſit multo maius iuuamentũ uel poſſet dici ꝙ ideo argentũ uiuũ eſt contrarium neruis quia eius complexio eſt contraria cõplexioni naturali neruoꝝ:& ita in ſanitate noceret ipſis neruis: ſed quia nerui ſunt diſcraſiati ad frigidũ & ſiccum & per argentum uiuũ remouetur illa diſcraſia donec reuertantur ad ſuam eucraſiã:ideo poſſet dici ꝙ abſolute eſt cõueniens unde aliqua in egritudine conueniunt quæ in ſanitate diſconuenirent & traherent corpus ad lapſum preternaturalẽ. Ad ſecun

Vndecĩo

dam rationem dico ꝙ notanter ait Aristotiles non omnino uana quia nõ uult ꝙ nullomodo sit uera: habet enim aliquid ueritatis pro quãto argentum uiuum ut ꝓbatũ est habet aliquid nocumenti: nõ tamẽ propter hoc est ꝓhibendum ex toto & maxime correctũ: ait enim Galienus undecimo de ĩge nio sanitatis difficillimũ est inuenire aliquod auxi liorum ꝙ nihil nocens conferat. Item fuit quæsitum ab alio quare dolores magis multiplicantur in iuncturis q̃ in aliis locis cum ex motu deberent magis resolui & fuit subtilis iuuenis Iacobus Roger ad quod responsum est ꝙ magis facit uacuitas ad aggregandũ q̃ motus ad resoluendũ unde Aui. scđa Fen primi Canonis amplitudo quæ est apud iuncturã est apta ut materia ad ipsam descendat. Duodecimo.

Capitulum Septimum de explanatione arboris signorum.



Mne signum egritudinis aut sumitur a re non naturali aut a re naturali aut a re preter naturã a re non naturali ut in quo aere stetit infirmus quibus cibariis quo potu usus sit quo exercitio: quo somno: qua uigilia & sic de aliis a re natu-

rali ut cuius etatis ſit infirmus qualis ſit eius con/ſuetudo: qualis ars: qualis uirtus: qualis cõplexio & huiuſmodi a re preter naturã tripliciter ab opera/tione leſa qualitate mutata ab exeunte mutato ab operatione leſa tripliciter aut animali uitali aut naturali ab animali dupliciter motiua & ſenſitiua. Senſitiuam dupliciter interiori & exteriori exem/plum de motiua ut qualiter poſſit moueri ſecundũ totum & ſecundũ membra exemplum de ſenſitiua exteriori ut qualiter uideat audiat olfaciat tangat utputa quem dolorẽ percipiat: quẽ ſaporem in ore ſentit exemplum de ſenſitiua interiori ut ꝗlis ha/beat imaginationes quale iudicium qualem memoriam qualia ſomnia. Exẽplum de uitali ut qualem pulſum qualem hanelitũ habeat de anime paſſioni/bus in ſex rebus non naturalibus fiat inquiſitio ſi ſumitur a naturali operatiõe hoc dupliciter aut ab operatione uirtutũ inſtantiũ aut miniſtratarꝝ exẽ/plũ primi ut qualiter appetat retineat digeret attrahat atqꝫ expellat puta egeret urinet meſtrua habeat coheat ſub re nõ naturali comprehendatur exem/plum de adminiſtratis ut qualiter nutriatur: & de omnibus iſtis operationibus inueſtigãdo an ſit di/minuta an albata an corrupta operatio. A qua/litate mutata ut qualis ſit odor hanelitus infirmi: qualis ſudoris qualis uulneris ulceris aut ſaniei.

Qualis sit etiam color lingue oculorũ faciei & totius corporis qualis humiditas qualis siccitas &c. asperitas lenitas duricies mollicies lingue uentris & totius corporis. Ab exeunte mutato ut quante & quales sint superfluitates oculoꝝ narium auriũ palatus. Qualis sit uomitus & quantus ac etiã eructatio qualis: itẽ urina egestiones: capitis sub assellarum pedumq; sordicies & totius corporis sudor allices oscitationes nausea subuersio ad naturales operationes expulsiuas reduci possunt: quia a natura tentante expellere fiunt. Vnde signa sanguinis ista sunt. A re nõ naturali qa usus est regimine multiplicante sanguinẽ: ut quia utitur arte gaudiosa sicut cantator aut histrio uel quia utitur cibis multiplicantibus sanguinẽ & potibus ut sunt oua sorbilia testiculi galloꝝ uinum optimũ & huiusmodi a re naturali quia carnosus cõplexionis sanguinee adolescens seu iuuenis & similia a re preter naturam & primo ab operatione lesa grauitas in origine oculorum & capitis & timpoꝝ pulsatio allices oscitationes nausea dormitatio multa & profunda sensuũ turbatio tarditas in cogitando laxitudo mẽbrorum absq; labore pulsus magnitudo uelocitas & frequẽtia repletio uasorum siue uene siue arterie fuerint. A qualitate mutata rubedo ĩ toto corpore & maxime in uenis oculorum repletio ipsarum bo

Signa sãguinis.

tor ĩ ore ab exeunte mutato urina rubea groſſa aut rubea obſcura aut rubea roſea in egeſtionibus non apparet ſignum ſputum eſt dulce aliquãdo ſangui/ni mixtũ exitus ſanguinis per nares aliquãdo agin giuis aut meſtrua uel emoroides uel p alia loca ſu/dor fetidus ſicut hirci etiã multus puſtule ſangui/nee:& hiis additur qa patiens ſomniat ſe uidere res rubeas ſanguinẽ fluere natare in eo. Vnde quarto Coll. recitatur de Galieno ꝙ preceperat flebotho/mari quẽdã qui ſomniauit in dolio ſanguinis bal/neari:alii uero nolentes iniunxerũt ſibi exercitium & mortus eſt.

Signa colere.

Signa colere a re nõ naturali quia uſus exer/citio forti ſtetit in aere calido uſus eſt ciba/riis callidis & ſiccis colerã multiplicantibus & ce/tera a re naturali quia iuuenis colericus & huiuſ/modi a re preter naturam & primo ab operatione leſa quia habet infirmus ſitim multã inquietudinẽ dolorem in parte dextra frontis & uehementia lu/cis ei nocet & quãdoq; habet famẽ ſincopalem de/bilitas appetitus nauſea horripilatio admodũ pun cture acuum furor mordicatio uehemens in exitu fecuum ſimiliter & urine pulſus uelocitas cum du/ricie & tenſione hic poteſt cõſequẽter poni de ſom/niis qa potius attinẽt actioni leſe ut quia uidet res citrinas igneas ꝙ facit rixas & aliquando ſomniat

se uolare a q̃litate mutata ut citrinitas faciei & to/
tius corporis oculorũ citrinitas sicut accidit in icte
ricia oris amaritudo lingue siccitas & asperitas na/
rium ariditas ab exeunte mutato urina rufa citran
gularis ignea crocea egestiones crocee sputũ ama/
rum uomitus colericus uiridis uel croceus & ama/
rus humiditas narium & oculorum accura colerica
& pauca aurium uero multa.

Signa flegma/tis.

S Igna flegmatis a re non naturali ut cibi re/
pletio ocium somnii prolixitas &c. a re na/
turali ut quia cõplexionis flegmatice pistator pin/
guis & huiusmodi a re preter naturã & primo ab
actione lesa paucitas sitis nisi ubi fuerit flegma sal/
sum debilitas digestiue etiam in tempore sanitatis
oxireuma somnus multus pigricia ociositas mem/
brorum laxitas põderositas oculorum obliuio do/
lor in posteriori parte capitis uertigo scothomia ca
sus appetitus: appetitus acutorꝫ & acrium nausea
eructuatio dolor grauatiuus frigiditas in capite &
stomacho pcepta eius notabilis lesio: ibi enim mul
tum aggregatur de flegmate ut Aui. i3ª tertii &
Mes. inde appropriatis raritas tarditas & lenitas
pulsus a qualitate mutata frigiditas percepta color
albus in facie & corpore superfluens albedo lingue
mollicies eius supetflua scaliditas corporis tumor
& faciei cum mollicie ab exeunte mutato urina al/

ba dîscolorata pallearis uel sub citrina egestiones flegmatice albe uiscose seu mucose aquose & huius/modi sputum uiscosum aquosum multiplicatio sali ue non amare sed pontice multitudo superfluitatis egresse per nares & palatum & additur somniare aquas niues pluuias & huiusmodi quæ ad opera/tiones lesas reduci possunt.

Signa malen/colie.

S Igna malencolie primo a re non naturali ut quia usus est nimia cogitatione sollicitudi/ne timore & cetera puta cibis malẽcolicis & huius/modi a re naturali quia complexionis malencolice & cõsuetus incurrere egritudines malẽcolicas & si/milia a re preter naturam & primo ab actione lesa quia in capite sentitur grauitas & magis in parte si nistra ardor oris stomaci desiderium corruptum: & aliquãdo caninum uigilie multe solitudo multa lesio seu egritudo splenis ut dolor & grauitas seu duricies taciturnitas cogitationes multe fletus seu uoluntas flendi fixio aspectus rugitus pigricia ten sio ypocundriorum paucitas somni si non fuerit cũ flegmate ac redo uelacetositas oris paruitas pulsus cum duricie corporis extenuatio a qualitate muta/ta fuscedo in corpore apparens seu nigredo corpo/ris pilositas morsea nigra & est fortissimũ signum ut Auer. quarto coll. in palpebra inferiori oculi ma xime nigredo & limpitudo in eis ab exeunte mu/

tato urina nigra uel ſub nigra ad ſcuritatem ten/dens uiridis liuida nigredo egeſtionum ſeu fuſtedo paucitas ſputi acredo eius eructuatiões acetoſe ſanguis niger & coagulatus ſi exiuerit. Somnia ſunt multum terrorem inferẽtia etiam poteſt addi a iuuantibus & nocentibus.

n Otandum tamẽ ꝙ ea tria quæ Galienus ponit genera ſignoꝝ ſcilicet a ſubſtantialiter inherẽtibus a caſibus & operationibus ad iſta tria reduci poſſunt uel iſta tria ad illa & ſi hic ponatur ut in arbore apparet a re naturali & non naturali a iuuantibus etiam & nocentibus quod poni poſſet omnia tamen ad illa tria Galieni reduci poſſunt ut patet recte conſideranti. Sequitur modo arbor fingas itaq; infirmũ ſtantem in pede arboris & te colligentem ſigna ab ipſo arbore incipiendo a uirtute motiua & hoc modo te exercitabis & res tibi facilis efficitur unde Galienus difficilia exercitatis facillima fiunt primo pronoſticorum.

Deo Gratias.

Impreſſum Venetiis per Bernardinũ Venetũ De Vitalibus Anno Domini. M. .CCCCC. II. Die. XIII. Menſis. Iunii.

Arbor Signorum.



